

# ANNOTAMENTA. IN CHRISTO.

## NOLOGIAM. BOXHORNIANAM

### Prolegomena de Historiae constitutione

§ I Circa nomen Historiae tria observanda veniunt (I) Etimologia seu origo juxta quam deducitur a Graeca voce ἱστωρ s. c. scias atq; ita si origo scientiam atq; rei denotat. (II) Homonymia vel equivocatio quae vox Historiae modo late sumitur pro quavis scientia sive doctrina, pro sensu doctrina de Anima vocatur Historia animae, modo stricte accipitur pro scientia rerum singularium quae acceptio ad hoc forum pertinet (III) Synonymia sive Termini aequivalentes aut connotati vocatur videtur Historia iuxta alias etiam Historia praemodica quae rem non nude narrat sed simul interserit varias descriptiones Personarum locorum bonorum varias conciones sive orationes personarum variasq; Encomia huic Historiae iuxta connotata sunt chronicon seu brevis descriptio rerum secundum singulos dies aut hebdomadas vitae deniq; & dicta atq; facta memorabilia.

§ II Quod ad naturam suam Historia est notitia singularium memorabilium ad vitam feliciam instituendam ~~desumpta~~ est haec descriptio a causis Historiae forma videtur sive ratio formalis est notitia sicut habitualis quae generis loco ponitur non a narratio vel scriptio haec enim plane accidit Historiae (I) Materia circa quam sive obiectum Historiae sunt singularia (pro pacto excluduntur Universalia) eorum memorabilia tum olim tum nuper facta, neque enim Historia <sup>habetur</sup> adhaerenda est vel ad res nuperas vel ad res priscae siquidem omnia simul recensent (III) Finis Historiae est vita felix tum theoretica tum practica Historia enim & doctorem sive prudentiorem reddit hominem quod ad intellectum gemmarum rerum conitione imbuat nec sinit hominem esse puerum & eundem per exempla eorumq; eventus deterret a malis & allicit ad bona pro pacto etiam Themistocles & Caelius Caesar ad strenuam adendum adducti sunt.

§ III Adiuncta Historiae sunt nobilitas seu praestantia quam habet partim ab obiecto rebus nempe memorabilibus partim ab antiquitate quae tanta est ut vel ipsi homini coevalia sit, & utilitas & necessitas quae a fine motienda est a felicitate nempe ad quam hominem deducit & incunivitas quae iterum ab obiecto mensuranda est affert n. Historia et varias & multas novas res quae cognitione homini oblectare se lesu. let unde ex lectione Historiarum quidam proficiunt sanitatem recuperasse dicuntur quales sunt Ferdinandus Rex Siculae Alphonsus Rex Hispaniae et Laurentius Medicus florentinus

§ IV Adiumenta Historiae duo sunt I Geographia seu cognitio <sup>locorum</sup> ~~locorum~~ & Chronologia seu cognitio temporum quae tam necessaria est Historiae ut vulgo dicitur eorum oculis vocatur sine quo quis in Historiarum tractatione plane coeuvitens est adhibe duobus Methodis etiam Historiae solet desumi tractatur nempe vel Methodo Geographica secundum seriem locorum pro pacto Cyprius Historiam suam conscripsit vel Methodo Chronologica secundum seriem temporum quae plerumque Historiarum conscripsi sunt falsa videtur Bartolomaei Keckeri sententia quod Historiae omnem Methodum abiudicet

§ V Dividitur Historia rerum communiter in IV partes sive species I Genealogica quae agit de familiis illustribus II Chronologica quae agit de temporibus III Geographica quae agit de locis IV Praemodica quae agit de actionibus et haec vulgo etiam absolute vocatur Historia pro pertinet etiam Historia religionum rerum publicarum personarum naturalis et denique Technica tripliciter vero duae divisiones celebres sunt I in Universalem & particularem Historiam. Universalis est quae res gestas omnium aut nobilissimarum gentium (huic plerumque exponit, idque vel ab initio mundi usque ad nostram memoriam adque tum Potius est Historia vel pars Historiae Universalis, Particularis autem est quae res gestas certae alicuius gentis v. c. Romanae gentis explicat quae est Historia sive et sive Universalis semper praesumenda est de sine procedendum est ad particularem & primam quidem est patriam post modum vero Gothicam & in Historiam sacram et profanam sive civilem aut externam